



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quid illud quod superest?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

mosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

QVÆSTIO I.

Quid sit illud, quod super est?

§. 1. Græce dicitur: τὸ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, quod certum est varie intelligi posse. Potest usitato Græcorum more subauditur τὸ ἐνόντα secundum, vel iuxta ea quæ vobis adsunt, suppetunt. Sic noster videtur Erasmo accepisse, cum vertit aoristum presentis tempore. Quod superest, seu quod superat, ita enim loqui solent.

Quod superest quidam dicunt id, quod habetur.

---superet modo Mantua nobis.

Sensus igitur videtur. Quod habetis dare ex eo elemosynam. Hic equidem clarus est sensus, sed verba minus coherent. Dura enim locutio est. Possessum vel presentia dare Elemosynam, cum dicendum sit, ex presentibus dare Elemosynam, ἐκ τῶν ἐνόντων δότε ἐλεημοσύνην. Nec eiusmodi locutio invenitur vel apud Lucam, vel alios auctores. Quare fallitur Erasmus veterem interpretem sic interpretatus.

Τὰ ἐνόντα, quædam exemplaria addunt τὰ ἐνόντα, quod nulla vel Latina vel Syra agnoscunt.

Καὶ τὸ ἐστὶ, alia ἐστὶ. Quibusdam τὰ ἐνόντα, videtur poni pro illis, quæ in nostra sunt potestate: positumque ac si dictum esse τὸ ἐνόν, quod refert, quod nunc vobis licet, seu in potestate vestra est, dare Elemosynam. ἐνεστὶ & ἐν est licet, ἐνεστίσι παρὰ ἑαυτοῦ licet tibi emere. ita Synesius. ἐκ τῶν ἐνόντων, hoc est, ex viribus vestris. At ἐνόν impersonale, & τὰ ἐνόντα, est perinde ac si dicas, cum sit in potestate, vel cum fieri possit. ita Lucian. ὡς σὸν ἐνόν ἀπεργασίως ἀπεργήσῃ, ut cum non possit fieri, ut desidesceret. Itaque noster recte vertit quod superest, quod facere iam potestis, ita Latinum verbum usurpant passim Cicero lib. 9. Attic. Quod superest, rescribe quam accuratissime. & exponit Aeneid. 11. Servius. Itaque per hæc verba, Quod superest, non intelligendum, quod superest necessarii, non enim habet τὸ ἐπὶ τῶν ἐνόντων, sed τὰ ἐνόντα, hoc quod vobis reliquum, quod restat faciendum.

Alij quæ in nostra sunt potestate.

Tertullianus tamen vertit. Date quæ habetis Elemosynam. contra Marcionem l. 4. c. 27.

Hoc est, quæ iuste possidetis, non ex rapina sustoue.

ἐνόντα ὁ pes.

§. 2. Theophylactus τὰ ἐνόντα interpretatur facultates. τὰ ἐνόντα ἐν, τὰ ἐστὶ, τὰ ἐπὶ τῶν ἐνόντων ὁμῖν. καλῶς δὲ ἔπεν ἐνόντα, καὶ ἐκ ἔπεν ἐνόντα, διότι τὰ ἐνόντα ἐνεστὶ τῇ καρδίᾳ τῶν φιλοχρημάτων, καὶ ἐγκάτω τῶν αἰσθητῶν. διότι καὶ ὁ δαβὶδ φησὶ μὴ πλεῖστον ἐσθὶ τῷ καρδία τῶν πλεόντων. Τὰ ἐνόντα, hoc est, facultates. pulchre vero dixit, τὰ ἐνόντα, quæ insunt, non ἐνόντα, quæ sunt, quod pecunie sint in corde avari, atque insident; quare & David monet, non apponere cor diuitijs.

Illyricus ita conuertit. Imo præsate interna Elemosynam. Hoc est, commutate cor rapax in misericordiam, & omnia munda erunt vobis. Nam dare aliquid quando est Hebrais conuertere, ut Ierem. 9. dabo Ierusalem in acervos lapidum. Osee 11. Dabo te Israel in Adamam. 1. Reg. 1. Ne des famulam tuam coram filiâ Bel al.

ἐνόντα ὁ pes inter na.

Beza vertit: in Elemosynam, ita Syrus בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי Beza edicetha. Quod potest dici, etiamsi τὰ ἐνόντα accipiamus, pro eo quod facere est in nostra potestate. Syrus ita ad verbum. בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי beram meden dit. Verum id quod est, בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי בְּרַחֲמֵי habuhi bezadecetha, date in Elemosynam.

§. 2. Ne

Romana consuetudine, quæ tamen ex oriente inualuit, Seneca Epist. 86. In hoc angulo ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, abluebatur corpus laboribus rusticis sessum: exercebat enim opere se, terramque (ut mos fuit prisca) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pavementum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus respluerent; nisi Alexandrina marmora Mymidris crebris distincta sunt; nisi illis undique operosa & in pictura modum variata circumlitio præcitur; nisi vitro abscondatur camera; nisi Thasus lapis, quondam rarum in aliquo spectaculo templo, piscinas nostras circumdedit; in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus; nisi aquam argenteas epistomia fuderunt. Et adhuc plebeas fistulas loquor: qui cum ad balnea liberinorum peruenero? quantum stuarum, quantum columnarum esse nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, impense causa? quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum peruenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus. In hoc balneo Scipionis minima sunt rima, magis quam fenestra, nunc lapideo exacta, ut sine iniuriâ murimenti, lumen admittent. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant; nisi & lauantur simul & colorantur: nisi ex folio agris & maria proficiunt.

Videatur Plutarch. de quæst. conuiu. quæ 8. cap. 9. Vbi ait, eam fuisse lauationis temperiem, ut Alexander febricitans iaceret in Balneo, & Gallorum congesas ollas cum pulcibus inferrent & cum liberis ibi lauantibus vescerentur vide & Galen. lib. 18. Therapeut.

Cisterna autem, labrum, ahenu, piscina dicebatur vasin quo lauabant. Dioscorus l. 6. ἐμβάσιον vocat. Idem vocat βαπτιστήριον baptisterium. Hora balneandi Romæ erat hyeme nona, æstate octaua. Quæcumque igitur fuerit lotio; Pharisei eam non ut ciuilem vel medicam, sed ut religiosam frequentabant, & forte manuum tantum exigebant, ita enim alibi.

§. 3. Tertullianus l. 4. contra Marcionem cap. 27. locum sic tractat. Sæpe iam finximus nullo modo potuisse illum deficiorem legis denotari; si alium Deum promulgasset. Ideo & tunc Phariseus, qui illum vocat ad prandium, retrahit ab eo, cur non prius tinctus esset, quam recubisset secundum legem, qui Deum legis circumferret. Iam autem etiam interpretatus est ei legem, dicens: illos calcibus & catini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapinâ & iniquitate, ut significaret vasculorum munditia hominum esse intelligendas apud Deum. Quia & Phariseus de homine, non de calice illoro apud se tractauerat. Ideo exteriora, inquit, calcibus lauat, id est, carnem, interiora autem vestra non emundatis, id est, animam: adiciens, Nonne qui exteriora fecit, id est, carnem, & interiora fecit, id est, animam? quo dicto aperte demonstrat, ad eundem Deum pertinere munditiam hominis exterioris & interioris, cuius vterque sit, & preponens misericordiam non modo lauacro hominis, sed etiam sacrificio. Subiungit enim: Date quæ habetis elemosynam, & omnia munda erunt vobis. Quod si & alius potest Deum misericordiam mandasse, non tamen antequam cognoscatur. Porro & hic apparet illos non de Deo increpitos, sed de eius disciplina, à quo illis & figuratè vasculorum munditia, & manifestè misericordiarum opera imperabantur.

Vert. 40. Stulti, Syrus חַשִּׁירֵי רַעֲיוֹנָא chasire reebiana carentes ratione.

VERSUS 41.

Veruntamen quod superest date elee-

§. 2. Ne mireris cur Tertullianus dicat, secundum legem, & explicatam legem fuisse. De traditione accipiendum est, de quibus Epiph. contra Marcion. confut. 6. Partim illæ fuerunt ante captiuitatem Babylonicam, ab Akibo, partim postea à Dauide: plures additæ ab Assomæis. Sed constat ex Hieron. quaest. 10. ad Algaf. & l. 3. in Isa. Primum per Sammai, & Hillel procufas, deinde per Akibum defensas, qui postiores fuerunt.

## QVÆSTIO II.

An Eleemosyna omnia munda faciat?

§. 1. **A**ugust. Enchir. cap. 75. & ferm. 30. de verbis Domini in Lucam, quæstionem suo tempore celebrem disputat. Sunt variæ interpretationes. Prima. Date eleemosynas & omnia munda sunt vobis, hoc est, mundiorem ea, quam lauacris efficitis. Hæc videtur parum sufficiens. Nam absolute omnia munda pronunciat Christus.

§. 2. Altera eleemosynas omnia peccata redimi, contra quam Augustinus disputat. Non enim scelera Eleemosynam dantibus, & non penitentibus, remittuntur.

Incredibilis calumniandi rabies in Tossano. [Augustinus (inquit pag. 142.) in Enchiridio cap. 75. & lib. 1. de verbis Domini super Lucam cap. 30. conuenitur de nonnullis, qui prætextu huius loci putabant, sibi licere indulgere omnibus peccatis, modo darent eleemosynam; quod etiam fere omnes Monachi persuadent. Verum non est huius loci sensus, totam nostram puritatem consistere in Eleemosynis, sed reprehenditur hypocrisis Pharisæorum, qui non in sanctis operibus & puro corde, sed in lotionibus quærebant sanctimoniam. Cum itaque Christus ante cordis puritatem requisierit, omnino præsupponit, illas Eleemosynas esse Deo gratas, quæ ex puro corde, nempe fide purificato proficiscuntur. Et sic docet Apostolus, omnia munda mundis, qui scilicet conscientiam habent fide purificatam: nam illis opponit infideles, quorum mens & conscientia est impura.]

Nemo Monachus ex toto illo exercitu hoc docuit, aut si quis docuit, iam non Monachus. Omnes Monachi hæresin illam detestantur. Agedum vel vnum Monachum ita docentem produco.

§. 3. Tertia. Eleemosynam pro quolibet opere bono accipi, primum autem misericordiam esse, qua quisque animæ suæ miseretur placens Deo. Ita Beda & alii. Quod reiciunt illi, qui negant alia de re quam de Eleemosyna agi. Repugnat vero receptus omnium versionum vsus, & verbum dandi, quod hic vsurpar.

§. 4. Quarta expositio, Eleemosynas dare, esse rapinas, & male paria reddere, sic enim omnia munda fore. Quemadmodum Zachæus reddit quadruplum, & deinde dat pauperibus dimidium iuste partorum. Non enim eleemosyna danda est ex rapinis, Domino enim restituenda sunt.

§. 5. De hisce sententiis disputare meum propositum non est. Sicuti nec de illis, qui dicit interpretantur datis. Quidam, datis, ut fuerint eo in errore, omnia peccata deleri, si darent Eleemosynam, pauca de multis rapinis.

§. 6. Quinta. Eleemosyna cum opus sit caritatis peccata remitti.

§. 7. Sexta. Eleemosynam ad peccatorem remissionem esse dispositionem.

Mihi ergo de hisce sententiis disputandum non puto. Sicuti nec de illa, quæ facillime omnem tollit

dubitationem. Quidam enim dicit interpretantur datis, & dicit accipiunt ironice, quasi ex ipsorum sententia, Quasi dicat: Rapina & furtis opes congeris immensas; deinde pauca quædam eleemosynas datis, ac omnia munda esse arbitramini. Ita quasi non modo excusari se putarent, qui inique alios opprimebant, sed etiam laudari, tanquam liberales vellent.

§. 8. Sensus igitur ex circumstantiis colligendus est. Pharisæi raptores erant: criminibus suis debebant domos, mensas, argentum. Christus, ut eos ad penitentiam reducat, monet ut dent eleemosynas, ut fore sic omnia munda, nempe calices, & paropides, interiora, exteriora, corpus & animam.

Cum autem iubet Eleemosynam, quod est caritas, multo magis imperat, opes inique acquiritas rebus Dominis reddi. Hoc enim non est modo necessarium, sed ex iure naturali ita clarum, ut dubitare ipsi non possent. Sed cum hypocrisis, superbia aliisque vitiiis obnoxii essent, cur de sola eleemosyna mentionem facit? Respondeo, de omnibus agendam penitentiam fuisse, & hoc Dominum exigere, dum iubet interiora ipsorum mundare. Itaque Contritionem & emendationem requirit. Et subdit, veruntamen datis, date Eleemosynam, cum vera penitentia, & dolore, ac sine omnia munda erunt; nomine Eleemosynæ, etiam restitutio intelligitur. Nam etiam misericordia est, non tantum iustitiæ munus, oppresso, & egegenti, reddere quod eriperis. Cætera vitia, animi proposito emendantur, rapina etiam externam restitutionem, & aliena paupertas eleemosynam requirit, quæ nisi facerent, salui esse non poterant. Exemplo nobis est Zachæus, qui conuersus, non, odia politurum, remissiuum offensas, superbiam, libidinem, aliaque peccata viturum promittit, quamuis id fecerit: sed ait: dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Hoc Pharisæi facere iubentur, quod ille fecit: Eo etiam modo, quo ille fecit: nempe dolore, detestatione iniquitatis, amore iustitiæ, & caritatis. Proponit igitur hoc quod maxime necessarium erat penitentiam acturis, & sine quo frustra erat omnis de meliore vita suscepta disputatio.

§. 9. Decimatis seu δέκατον, decimam partem deciditis, quod & dantibus decimas & accipientibus conuenit. Duplex igitur sententia. Prima eos de facultatibus suis decimas defalcatas Deo consecratis, idque etiam in rebus minimis, eaque in liberalitate specie, iustitiæ magnam laudem ponere. Altera ut de rebus minimis decimas exegisse dicantur, quod ad auaritiæ sugillationem pertinet. Prior vera est interpretatio, nam decimationem commendat, & ut lege præscriptam probat, opponitque grauioribus mandatis. Cum enim ait, Hæc oportuit facere, & illa non mititeri. Quod de decimis auaræ exigendis dici non potest.

V. 44. Ταῦτα εἶδε, alii addunt δέ. Sic Latinus & Syrus.

Latini omittunt illa verba παρακαλῶντες καὶ φέρουσαι, Quædam tamen Latina habent.

V. 48. Profecto testificamini, μαρτυρεῖτε τὴν σκευὴν δόξης.

V. 49. Persequentur, alii habent διώξουσιν, alii δὲ διώξουσιν quod est magis emphaticum.

V. 50. A generatione ista, non refertur ad verbum effusus est, sed requiretur.

V. 51. Τὰ δὲ βέλ, quædam exemplaria addunt δὲ καὶ, quod ex Matthæo translatum est.

VERSUS